UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

Index Tridentinvs; Primvm Ivssv Pii IV Editvs; A Sixto V Avctvs; Demvm autoritate Clementis VIII Promulgatus, Anno MDXCV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-81440

Visual Library

INDEX
TRIDENTINVS;
PRIMVM
IVSSV PII IV EDITVS; A SIXTO V AVCTVS; DEMVM
autoritate CLEMENTIS VIII *promulgatus*, *Anno* M D XCV.

CVM INDICE
DECRETORVM
QVÆ
POSTMODVM, IN HVNC VSQVE DIEM
circa LIBRORVM *Prohibitionem* facta ſunt.

Iuxta Exemplar excuſum

ROMÆ, ex Typographia Reverendæ CAMERÆ APOSTOLICÆ.
M DC LXIV.

Superiorum Permiſſu & Privilegio.

INDICES
Librorum
PROHIBITORŪ
E.V.
=4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LECTORI SALVTEM.

QVANDOQVIDEM *in noviſſimâ* INDICIS LIBRORVM PROHIBITORVM Editione, *juſſu* ALEXANDRI VII. Pontificis Maximi *anno poſt ſuperiorem, quæ authoritate eius prodierat, haud dubiè non ſine gravibus cauſis factâ, omiſſus fuerat Index Tridentinus qualis à* CLEMENTE VIII. *publicatus eſt, necnon* DECRETA *quæ poſtea in eâ materiâ edita ſunt: Nos qui neceſſe habuimus poſtremam illam* Editionem *vtpote minùs intricatam, & præſertim nonnullis locis auctiorem, tibi repræſentare; nequid decederet tuæ vtilitati, ex omiſſione illarum partium, vnde prima Prohibitionis origo arceſſitur: Operæ pretium duximus, poſt exhibitum tibi omni fide & integritate* Exemplar Romanum *Anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi quinti, quod poſtremum eſt hic ſubnectere ex ſupradictâ* Editione INDICIS ROMANI *Anni* MDC LXIV; INDICEM TRIDENTINVM *atque ea* DECRETA *quæ dein à SS.* CONGREGATIONIBVS, *tum* INDICIS, *tum S.* Officij, *tum etiam à Magiſtris* Sacri Palatij *emanarunt. Conquiſivimus inſuper omni ſtudio* DECRETA, *quæ poſt publicationem illius Operis, de novo in Vrbe condita ſunt in hunc vſque diem, vt agnoſcas curioſæ piorum diligentiæ hìc à nobis pleniùs ſatisfactum. Non igitur erit quod conqueratur aliquis de hoc præcedentis operis veluti ſupplemento; cùm ſit reliquorum baſis & fundamentum, nihilque omnino exhibeamus tibi, quàm quod ex* Duabus *illis* EDITIONIBVS Authenticis *omnique exceptione maioribus, fideliter hìc expreſſimus, atque ex* DECRETIS *quæ recèns* Romæ *locis ſolitis affixa & publicata nanciſci potuimus.*

INDICES
Librorum
PROHIBITORŪ
E.V.
24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN